



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.


Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

40. W. 81.



MENTEM ALIT ET EXCOLIT



K. K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

40.W.81



10. V. 81.

LACHRYMAE
IN FVNERE PETRI
CARDINALIS BEMBI AV=
GVSTINI BEATIANI.



CVM PRIVILEGIO



VENETIIS APVD GABRIELEM
IOLITVM DE FERRARIIS.

M D X L V I I .



2

AVGVSTINVS BEATIA-
NVS, MARCO ANTONIO IV-
STINIANO HIERONYMI
FILIO S. D.



V A M Cardina-
lem Bembumper mul-
tos annos uehemen-
ter adamauerim, ob
seruauerimq; nemis
nem optime Iustiniane melius quām te
scire existimo. Huius audito interitu,
incredibilis confecit animum dolor.
Solenim de cœlo mihi cecidisse uisus
est. Et quoniam plurimum ei debebam;
neq; id aliter quam flendo, soluere po-
teram; sum, quibus potui, fletibus
in cœlum migrantem prosecutus, quos
et imprimendos, et nominis tuo dicar

A ii

*dos esse censuit; nonnullorum insertis
amicorum lachrymis tanti uiri funus
acerbiſſime deplorantium, tum ut moe-
rorem, quem ex eius morte concepisti,
aliquantis per cōſolarer, tum uero, ut
eum quām multifecerim, cæteris om-
nibus ostenderem.* Vale. ex urbe
Taruiſij Kalendis Ianuarij M. D.
X L V I I I.

3

IN FUNERE PETRI
CARDINALIS BEMBI AVGV.
STINI BEATIANI
LACHRYMÆ.



ERTVLIT ad nostras infelix Nuntius aures,
Transiit unde animi tristis ad imam dolor,
Fusce, graui Bembum morbo, nitaq; periclo
Pessa laborantem membra tenere thoro.

S i diuina petens, mortalibus occubet umbris,
Illustretq; astro sydera celsa nouo,
O mnia foedari, insuetoq; horrentia luctu,
Et teta uideas sœcula nocte premi,
P arnasi & lauros arescere, luce Poesim
Priuari, & flentem frangere fila Cyre,
N on quia gestaret tyrio circundata fuco
Tempora, qui Reges unicus æquat honor,
S ed quia concordi affectu splendebat in uno
R eligio, & summa cum probitate fides.
S ed quia Phœbæo promebat tincta lepore
Carmina, Cecropio dulcia melle magis.
Q ua prælata alijs adeo laudare solebas,
Cuius iudicium Phœbus & ipse timet.

Quilibet assiduis mox flectibus inquietat auras,
Et fletus resonet mixta querela sono;
A Et ego si pereat, lachrymis absumar, eritq;
De coelo uisus Sol cecidisse mihi.

E I V S D E M . E L E G I A .



Pes abiens nostras tecum fers Bembe, beatae
Arboris ut uehemens decutit Euris opes.
Nō tamē i lachrymas abeo, nectristis ab ore,
Moerentum ut mos est, inde querela uenit;

I d quod noster amor, pietas ex debita poscit,
Nulla quod ex ratio corripuisse queat.

I nudam ne tibi portus intrasse petitos;
In quibus haud potis est ulla procella dari,

An, tua quod uirtus in coeli parte recepta est,
Cuius ex aetherias quod in arce, querar?

Te quoq; Coelestes inter dubitabit haberi
Quis, nisi quem alterius uiuida fama premit?

Quanta est te solita est decorare modestia, qualem
Credam habuisse aliquem, forsan habere negem.

Vidimus esse tuis nil fictum in moribus, Os nil
Dixit, idem in puro ni tibi corde foret.

Tu, quamuis leuia, haud poteras mendacia ferre,
In summo hec reputans criminis esse gradu.

Quis maiore fide caros dilexit amicos?
Cuius in hos larga est dextera uisa magis?

Testis ego; haud quidquam poscenti multa dedisti,
Si petijsem, etiam plura daturus eras.

Par tibi quis pietate fuit? quis purius unquam
Sacra Deum coluit tradita, mente, manu?

- Q**uæsiſſe ipſe tibi obiſciat nec honores,
 Quos dare, ubi uirtus defuit, aera ſolent.
Nil externa mouet generofum gloria pectus,
 Quæ propria eſt animi, ſola petenda uiro eſt.
Spernere te, oblatum memini uoluiffe galerum,
 Quo Regis Natus munere laetus eat.
Atq; id iure quidem, illa ſatis nam gloriū uifa eſt
 Magna, tibi Aonie quam peperere Dee.
Quis tua Meonidem æquare poemata nescit,
 Et ſimul ethrufcis altius ire modis?
Sol indefeffo dum luſtret lumine terras,
 Illuſtri notus carmine Bembus erit.
Quæ ſcripſiſti etiam patriæ tellure, mariq;
 Gesta, tibi æternum uiuere lecta dabunt.
Qui fueris, facile à fletu eſt comprehendere, qui te
 Defuncto Adriacas crescere cogit aquas.
Qui fueris promptum cuius eſt noſſe, tuo cum
 Sic doleant obitu moenia celsa Remi.
Hinc ſocio amiffo deflet Sadoletus, ex alte
 In medio fixum pectore uulnus alit.
Vulnus alit flendo afſidue; cui ſplendida clarum
 Purpura cardineo ſignat honore caput.
Hic Sadoletus, hic eſt merito quem Phœbus amico
 Lumine refpexit, Pieridumq; chorus.
Luget ex ille; Deum certiſſima cura, Senatus,
 Eſt cui ferre datum religionis onus.
Luget Pontificum, ex Farnesi gloria Paulus,
 Quem laudare ſatis Musa nec ipſa potest.
Quo Petri annitente ſalus eſt reddita Cymbæ,
 Quæ in medijs fuerat mox peritura uadis.

Quām iactura grauis sit talem amittere , deflet,
Et non posse tibi flet reperire parem ,
Bembe nouum salue , et ualeas decus addite Diuis ,
Vnde tuum funus sit mihi flere pudor .
Sit mihi flere pudor coelestia regnatenentem ;
Interea tumulum littera sculptanotet .
Marmore in hoc Bembus tegitur , cui Laurea frontem
Cinxit , et ornauit sacra tyara caput .
Celestem quodcunq; animum gestare decebat ,
Natura huic , ulli non dare sueta , dedit .
Moribus his , tali haud uideat uirtute nitentem
Phœbus ab Aeoo dum uehat orbe diem ,
Exemplum hinc , probitas quo se se extendere posuit ,
Quo'ue quis ore canat , sæcla futura petant .

AD LEONARDVM FVSCVM.



I. pietas te Fusce mouet , si gloria ,
Bembi
Carmine , quo deceat , funera fle-
re para .
Scis etenim perijisse uirum , post fa-
ta perenni

Nomine cui Phœbus uiuere posse dedit .

Quamq; animo foret ille ullo sine crimine nosti ,
Ante louem quales fama fuisse refert .

Nec fictis opus est hunc tollere laudibus , est ne hic
Qui , quiduis dicas dicere iure neget ?

Quin caue (uis fandi quanquam est tibi maxima) dicas
Ne minus , illum homines quam meruisse putent .

LEONARDI FVSCI FOROIVLIENSIS
IN CARDINALIS BEMBI OBITV ELEGIA.



V M uacat, hic patriæ secessus inter
opacos,
Quæq; aura, & multo deuia colle pla
cent,
Mecum unà indulgens uesano musa do
lori

Dic age lugubri Carmina moesta sono.

F lendi obitus nobis, & tristia funera Bembi,
Funera, quæ Lachrymis haud decorare, nefas.

Q uæ doctæ, quæ uos tum causa morata sorores,
Nec Passa Adriacæ est Thetyos ire freta,

A missum ingemeret Bembum cum Nereis illic,
Ac longè in medijs conquereretur aquis,

C eruleum os, glaucosq; sinu fletu humida largo,
Canaq; roranti pectora tunsa manu?

V os deckit magnæ in partem properare querelæ,
Certatim & Luctus ingeminare graues,

N ulli hic quam uobis mage flebilis occidit, artes
Quarum adeo, & Sanctos auxit honore choros,

S aepè oras olim assuetus Lustrare repostas
Phocidos, atq; umbris auia grata suis,

S aepè iuga, irriguiq; Helyconis fontibus antra,
Antra nisi à casto non adeunda pede,

I llum ubi uicturo ditatis carmine, uestras
Largius uni omnes & tribuistis opes,

V t foret extenso quo se Adria tolleret æuo,
Iactaretq; suas uate superbus aquas,

Vate, comas cui non solum, ex pia tempora compsit,
Quæ Cynthi intonso est arbore amata deo,
Verum ex Tarpeo data pilea rubra tonante,
Quicq; nitet roseo murice tinctus apex,
Aut non infelix istis tibi cultibus, isto
Ornatu, longum Bembe nitere datum est,
Quandoquidem exacto Lustri uix tempore, postquam
Hæc ultro dederat munera Paulus, obis,
Et te non Pietas, eheu, tutata merentem,
Non ex religio casta, fidesq; fuit,
Prisca uel simplicitas, ac candor pectoris, ipse
Qualem sythoniae uix habuere niues,
Atque semper cultrix, et nescia foedi
Criminis, à turpi et mens aliena probro.
Crudeles Parcae, uestrum si fila, colusq;
Tot dotes, tot non sueta mouere bona,
Quis insignem, atrox funus nescire decebat,
Vitare et rapi di tristia damna rogi.
Hoc quid uana optem, tumulis queng; occulit imis
Atra quies, omnes et sua fata manent,
Quanquam, si tenebris aliquæ se se eximit, alto
Nec penitus Lethes obrutus ille lacu est,
Qui decusingenij quæsitum munere summum
Viuenti, et cultis gloria parta notis,
Sicilicet haud totus morieris funere raptus
Bembe, tui et magna parte superstes eris:
Cilarus et argutos inter celebrabere olores,
Quos Arnus, quos et Mincius amnis habet:
Ne sera eripiet latis tua nomina terris,
Cuncta potest quamvis imminuisse, dies,

At fama (hanc donec tollet sua penna) loquetur,
 Ornabitq; magis Laudibus, atq; magis,
Consentur quacunq; sacræ uocalia Cyrrhe
 Et studia, & lusus, Pieriusq; labor.
Sed iam cessandum questu, & lugubria plectra,
 Lugubrem nobis fas posuisse Lyram.
Sat fletum. atq; ipsum tumulum iam condere tempus,
 Quem mandat Vati musa parare suo,
Qua uirides crescunt Luci, uada propter amena
 Coeline; & summis lapsa fluenta iugis,,
Hic etiam extremo ut donetur honore, iacenti et
 Structa quoq; in nostro stent monumenta solo,
Quis uiolam indigenæ inspergant, et odora quotannis
 Lilia, uiuaci teq; Amaranthe coma,
Atq; alios, quos dat flores, cum uernat aperto
 Terra sinu, & cultu iussa uirere nouo est.

AD LEONARDVM FVSCVM AV
GUSTINVS BEATIANVS.



Xtinctum Aonio defles dum carmine
 Bembum,
Quod toto doleas pectore Fusce do-
 ces
Quippe, quod erratio iubet, & syn-
 cera uoluntas,
In similis similem funere flere decet.
Inuidiae non flesse foret tot dotibus auctum,
Qua nemo est, qui te labe carere neget.
E licis ex oculis lachrymas, ex ore querelas,

Vt non flesse labor, sit tacuisse pudor.
V itam igitur geminam uiuet post funera cantu
Ille suo, fletu uiuet et ille tuo.

I ncola Celinæ dicat hæc tibi carmina Bembe
Chastalidum cultor Fuscus, et auctor opum,
I n quibus Aonios queritur periisse lepores,
Et sueto penitus fonte carere lacus.
T eq; itidem egregium meruisse fatetur honorem,
Quo raras uisa est cingere Musa Comas.
T estaturq; simul ueteres æquasse poetas,
Ac talem nullo tempore posse dari.

B embe iaces, tecumq; iacet quæ prima canendi est
Gloria, ad extremos non reticenda dies.
B embe iaces, tecumq; iacent coelestibus apti
Mores, quos posthac sæcula nulla ferant.
B embe iaces tecumq; iacet sincera uoluntas,
Et qui nos prohibet dicere falsa pudor.
B embe iaces, animiq; iacet laudabile tecum
Quidquid habet Latium, Gracia quidquid habet.

N on hic Bembus ea, qua cuncti lege tenemur,
Est situs, ante data iussus obire die.
S ed somnum hoc nitido carpit sub marmore, tantum
Cernere in ætherio quo datur orbe Deos.

H ic situs est Bembus, cui Natura omnia, posset
Vnde animi fieri uir sine labe, dedit.

Hoc situs in tumulo est Bembus, cui prima sororum
Calliope canere hoc, quod canit ipsa, dedit.

Consedit proceres inter, quibus inclyta sacras
Purpureo cinxit lana colore comas.

Virtutes animi has habuit, quas credere in uno
Haud cuiquam facile est posse manere loco,

Inuida ni talem rapuissent, Numinis Parcae,
Successuq; hominum tristia, lata malis;

Ad summa extolli, poteratq; ostendere, qualis
Cœlestum in terris emula vita foret:

Hic situs est Bembus, de quo fas dicere solo est,
Laudato dici quidquid ab ore potest.

Hic Bembus iacet, Aonidum laus maxima; Phœbi,
Cum sole, & Luna uix periturus honor.

Hic & fama iacet, spes & suprema galeri,
Quam non nulla queat restituisse dies.

Hic iacet, exemplar uitæ omni labe carentis,
Summa iacet summa hic cum pietate fides.

Hic situs est Bembus, quo se se iactat alumno
Tam magis Aonijs Adria clarus aquis,

Ethruscis celebri uicit modulamine Musas,
Meonida factus, Virgilioq; comes

AD LEONARDVM FVSCVM.

NOui ego quid nostræ possunt in carmina uires,
Et mea quam modico Musa lepore nitet.

- E** dere scripta ideo Bembi de morte uerebar,
Ne fieret laudis causa pudoris amor.
- H** unc mihi dixisti ratione uacare timorem.
Nec dignum, impeditat qui pietatis opus.
- E** st pietas quæ sit a tibi, non gloria, quando
Præcipit hæc iustus funera flere dolor.
- E** cquis erit, Bembi qui flentem funera damnet,
Sit licet innumeris plena querela notis.
- O** mnia te Bembo totiens debere fateris,
Debitaq; hæc uiuo non soluisse doles;
- A** n uano errandi forsan terrore tenebis
Officiosa animi pignora clausa tui?
- V** illa quibus si menda inerit, syncera uoluntas,
Et meritò ueni am mens generosa dabit.
- L** iuorem metuis? didicit cui parcere liuor?
Mendosum hic etiam est menda ubi nulla facit.
- H** ortatu mutata tuo sententia nostra est;
Non parere tibi nam scelus esse reor.
- V** erum quodcunq; hic infamia laus ne sequatur,
Commune id nobis Fusce duobus erit,
- H** oc Petrus nitido tegitur sub marmore Rembus,
Cui natura, potest quæ dare, larga dedit.
- C** uiq; decus partum ingenio, & virtutibus auxit
Addita Laurigeræ purpura clara come,
- I** dem animi probitate omnes æquauit honores,
Vita quibus coeli scandere tecta facit.
- D** ifce hinc quæm lachrymis est fas non parcere, cum spes
Nulla sit huic post hac surgere posse parem.



V A M V I S ex uite meritis, ex mon-
ribus inter
Te quoq; coelestes Bembe nitere putem,
Non tamen hunc animi possum retice-
re dolorem,
Et quæ in corde tua uulnera morte geros;

E t ratio dat uicta manus, quòd uana querela est,
Perdita quòd fletus restituisse nequit.

M itto ego quām facili cecinisti carmine, Phœbi
Suauidicos referens Chastalidumq; sonos.

M itto etiam probitas quòd te pereunte, recepit
In nullo posthac tanta futura loco.

Q uamq; humilis, nullaq; fores depictus ab arte,
Ceu qui uerba petit per simulata fidem.

V tq; unum dederat tibi cor Natura, loquendo
Sic timuit sensus promere Lingua duos.

A n patiar periisse ullis sine questibus, illum,
In quo spes nostræ tota salutis erat?

F oedari patiar nullis mea fletibus ora,
Cum mihi plus uideam, quām periisse Patrem?

A n memorem seruata meo sub pectore dona,
Tradere quæ patrius te mihi iussit amor?

S unt etenim, quot clara micant tunc sydera cœlo,
Phœbus in Occiduis cum iubar abdit aquis.

S oluere non potui uiuenti debita (tantum
Parca mihi nimium parca negavit opus)

A t postquam defessus abis, terrestria temnens,
Expleto, tibi quem fata dedere die,

N on tantum ingratus , sed uita indignus haberer,
Te nisi luce fleam , te nisi nocte fleam .

L audabunt alij dotes Cœlestibus aquas ,
Has , quibus haud ullis cernimus esse pares ,

E t quod Apollineo concinnans carmina torno ,
Prompseris , ætherio quidquid ab orbe uenit ,

Q uodq; tibi oblato crines ornauerit Ostro
Non prece , sed meritis , ære nec emptus honor ,

E xtollentq; tuum super æthera nomen , eritq;
Quod colat auditum solis utrumq; latus ,

I pse autem absumam sic lumina fletibus , ut non
Hora queat siccas ulla uidere genas .

D umq; fluent lachrymæ tristi de lumine , mecum
Incipiet posito Musa pudore queri .

P erpetuos uideat fontes cum arescere , lauros
An iouis irati fulminis igne peti .

T e mecum Adriaci deflebunt Numina ponti
Viciniq; lacus , Nereidumq; chorus .

E t patriæ mecum proceres tua funera flebunt ,
Quæ uenient superis iure dolenda Deis .

O nostri fletus utinam adiutorq; , comesq; ,
Maxima Parnasi gloria Fuscus eat ;

A lter quo facta est Helicon Celina , minusq;
Pierius Vatum iam rigat ora lacus .

N equaque dabitur tantos æquare dolores ,
Nec quæ perdidimus hoc Duce flere satis .

S altem ea , quæ noui tibi me debere , fatebor ,
Et mansura animi pignoracerta dabo .

D ebita certa animi dabo , soluere signa uolentis ,
Ut me nec liuor corripere ipse queat .

Si tamen

S i tamen hic fletus , quem cœli ē culmine cernis
 Tot tua non æquat præstata dona mibi ;
 S it tibi pro facto , factum quodcunq; uoluntas ,
 Id quamquam nondum fecerit , esse cupit.



Rgo etiam nostræ ne desint commoda
 uitæ
 Curasti moriens ? monumentum & pi-
 gnus amoris
 Scilicet illius , quo tot uoluentibus an-
 nis

Resq; tuas , nomenq; tuum me pectore nosti
 Constanti gestare , nec ulla in parte uererit
 Ponere pro te animam , & certis offerre periclis .
 Non satis hæc , mihi que dederas prius , esse putasti
 Signa animi unde tui cunctis manifesta paterent ,
 Quam me diligeres , imoq; in corde repostum ,
 Cuiq; fides præstanda foret quamplurima , ferres .
 Carmine quo dignas potero tibi reddere grates ?
 Quo laudes celebrare tuas ? quibus Adria se se
 Iactat , Apollineos per te sortitus honores ,
 Quales Smyrnatulit , quales & Mantua , Cygnum
 Sueta audire suum , tollentem ad sydera uoces ,
 Cuius adhuc lœtis resonat concentibus æther .
 Non ideo tua dextra mihi tot contulit olim ,
 Nunc autem dedit , ut canerem uelut ære coemptus
 Quas tribuit Natura tibi largissima dotes
 Mentis , & ingenij non ut tua facta referrem ,
 Nunc tantum confecta , Deum testantia mores .
 Talia mendicet , meritò quem nulla tueri

*Virtus nota potest ; uel , si laudarier optet.
Empta opus est laudes ut per mendacia querat.
Te uero quisquis pleno cantauerit ore,
Inq; uno, quæcunq; homini sint danda, locarit,
Parcius ille tamen poterit dixisse uideri ;
Credere de te uno quidquid laudabile fas est.
Cur ego te laudare uelim ? si mane recentes
Qua Sol iungit equos , qua ueſpere soluit anhelos ,
Oninia plena tuis uisuntur honoribus, omnes
Spirantes strepitant Bembeo nomine uenti ;
Sic paſsim audita est meritorum summa tuorum
Si noui tenuis quam sit mea Musa, timet quæ
Aerias tentare uias , fine remige pennā,
Virtutisq; tuæ campum exercere canendo,
Utq; decet , pictum ſæclo mandare ſequenti .
Hinc dolet , hinc animus curis agitatur amaris ,
Quod re non potis eſt , puris nec ſoluere uerbis
Quantum uni tibi , uere uni , debere fatetur .
Tu certe (fateor) tribuisti plurima uiuens ,
Defunctusq; mibi , memoriq; mente tuebor ,
Spiritus hos donec moribundos rexerit artus ,
Et poſt fata leueis abiens uanescat in auras
Hic niſi , ex ætheriam capiant obliuia mentem .
Soluere ſi poſſet ſoluendi prona uoluntas
Debita ; magna licet fuerint , ſoluiffe uiderer ,
Implessemq; animi iam dudum munera grati .
Cæterasi deſunt , lachrymæ fundantur ; ex una ,
Splendida multiplici feriantur Sydera quæſtu .
Teſtibus his pateat iuftus , qui pectora uerſat
Noſtra dolor , ſomnosq; adimit , noctesq; , diesq; .*

Tristibus alta furens suspiria fletibus addit.
 Flere iuuat, quia posse puto sic debita solui.
 Nec non uelle dabit, quod re præstare nequimus,
 Te penes o cœli factus nunc hospes ex hæres
 Bembe hominum decus, exemplum probitatis, et ingens
 Gloria pieridum. Parnasi fama perennis,
 Adriaciq; sinus. Mecum uos flete sorores,
 Gorgonei quibus est custodia credita fontis;
 Vester honos cecidit, uestri periere lepores,
 Ingenuiq; ioci, ex nunquam reparabile carmen.
 Tam bene cui post hac uario de flore corollas
 Contextas manibus uestris gestare licebit?
 Tam bene cui posthac conferre ea dona potestis,
 Vnde datur celebri post funera uiuere uersu,
 Atq; rogi flamas, ex spernere iura sepulchri?
 Sed tantum in nostro si pectore uulnus adactum est,
 Respuat, ut curantis opem, solatia præbet.
 Id mihi magna satis quod me quicunq; uidebit
 Gratum adeo uixisse tibi, ex meruisse putabit,
 Eq; tuo imeritum ueniet mihi nomine nomea.

AD MAGNIFICVM ET DOCTISSIM
 um equitem auratum Dominicum Mauroce-
 num Veronæ prætorem Elegia.



V M regis egregiam totis conatibus ure-
 bem.
 Vrbem, Athefis rapida quam secat amnis
 aqua;
 Et paris inde tibi, quos uirtus præbet honores,

- I *n genio probitas est ubi facta comes ;*
I *nterea noctem , atq; Diem nos flere necesse est ,*
F *oedare & fletus imbre cadente genas .*
- S *ic iubet id uulnus , quo mens infracta laborat ,*
. *Quiq; animæ penetrat iustus ad alta dolor .*
- N *ec fletus causam potis est æquare doloris ,*
E *t lachrymæ ingentis fluminis instar eunt .*
- I *lle perit , perit ille , Deum iustissima cura ,*
A *driaci Bembus fama , decusq; maris .*
- C *ui secreta magis dedit antra inuisere Phœbus ,*
E *t bibere ex ipso , quo bibit ille lacu .*
- I *lle perit , Cuius pectus uirtute nitebat*
E *xemplum fidei , religionis amor .*
- Q *ui nusquam intumuit , quanquam splenderet in Ostro*
I *nter eos , quorum est gloria prima , Patres ,*
- Q *uam facilis , nulli quam noxius , omnibus æqus*
S *emper erat , suetus nil , nisi dulce loquit .*
- S *uetus erat quemquam nec re , nec lädere uerbo ,*
H *uius & arbitrium est uisus habere pudor .*
- I *lle habuit demum quidquid laudabile fertur ,*
P *erfecto & deceat quidquid inesse uiro .*
- Q *uem non ad lachrymas tanta hæc iactura mouebit ?*
F *erreus est , Fata hæc qui straflere neget .*
- F *ama tuas tantum funeris attigit aures ,*
N *on secus , ac natum , te doluisse reor .*
- N *oui quam natura tui est mitissima cordis ,*
Q *uodq; homine indignum est , quam iubet ire procul .*
- A *n quia composita (ipsa ut res docet) omnia solui*
S *erius , aut citius tempore iusta solent ;*
- T *e ratiō lugere uetet , cum cedere amicum*

- D**ebita ubi illius uenerit hora uides?
- F**orsitan et reputes, nobis nil esse dolendum,
Hinc, quia discedens Sydera celsa petat.
- C**onsendat haec, minus ut doleat solatia leti;
Ut leuius posset uita dolenda pati.
- A**bseq; dolore datur superis agere ocia, quando
Nulla his materies, qua patientur, adest;
- A**t Natura dedit miserari incommoda, nilq;
Nos docet alterius turpe dolere malis.
- Q**uin potius, pudor est non flere; fletamus uterq;;
Ex oculisq; fluens impleat unda finus.
- S**i metuis parce lachrymas nos fundere (fleti
Sæpe etenim nimio clausa dolore uia est)
- I**n numeros habuit semper Verona Catullos.
Nulli Vrbs omnigena nobilitate minor.
- V**el sponte auxilio uenient, fletumq; iuuabunt,
Atq; ita sunt finem uota habitura suum.
- N**otus et occiduis, et Fracastorus Eois
Est ibi, fama humeris quem super astra uehit.
- H**ic est, cui medicas artes concessit Apollo,
Corporq; ut eripiat Semicremata rogis.
- D**icere et ad Cytharam dedit haud imitabile carmen,
Quo uinci meritò sœcula prisca timent.
- I**d facile ostendit, cum diram auertere pestem,
Gallica quam nostris bella, tulere, docet,
- D**iuino ore canit, quod miserit Indialignum,
Largus ubi gemina messe renidet ager.
- S**i poterit nullum his animus reperire leuamen
Fletibus, atq; dolor, qui fuit ante, manet;
- M**aurocene unum tamen est, quod mitiget haec, quæ

Altius in medio uulnera corde gero ;
Quod tu, quæ patriam Bembo pereunte dolemus
Amisisse, eadem restituisse potes.

P A V L O T E R T I O P O N T I F I C I
M A X I M O O P T I M O Q V E.



V A M Bembum cecidisse grauis iactu
ra putetur :
Ceu gnatum Aonie quem coluere
Deæ :
Hinc tibi nosse datur , cui rerum sum-
ma potestas

Tergeminio sacrum cinxit honore caput .

Paule per aerios tractus quem fama uolantem
Insequitur , nullo fessa futura die ;

Quod tanto ē populo nemo est qui criminis umbra
Illum uel minimi non caruisse neget ;

Quod nemo est , illum qui non dilexerit , et nunc
Non fleat , et riguis fletibus ora lauet .

At multo id melius potis es cognoscere ; quod tu ,
Qui res , ut se habeant , lumine , mente uides .

Aspicias quacunq; licet sol aureus exit ,
Oceani'ue iubar qua sibi demit aquis ,

Haud quaquam inuenias , qualem secernere possis
Huius qui capiat , sustineatq; uices .

A D C A R D I N A L E M D E C A R P O.



Vantū perdiderit Bembo pereunte Senatus
Ille sacer , quo stant religionis opes ,
Quam tibi , non ulli melius patet Inclyte
Presul ,

- Cui merito roseus tempora uestit honor.
- N amq; tuo infedit prudentia pectore, et inde
Ingenij currunt flumina larga tui.
- D itauit latias Danaum splendore Camoenas,
Huicq; dedit longe Tuscia uicta manus.
- O stendit nostro non uisos tempore mores,
Nec referet similes ulla futura dies.
- N ota per hunc nobis est facta modestia, qualem
Orbe in Sydereo remur habere Deos.
- V era loqui didicit tantum, et que corde gerebat,
Nescius ingenua mente fouere dolos.
- H ec ego flere uelim; flenda haec sine fine; sed haec me
Debilis ingenij uena filere uelim.
- S at reputans manifesta animi, si iure dolentis
Qualicunq; tibi carmine signa darem.

AD CHRYSTOPHORVM M A D R V C
cium Episcopum Tridentinum ac . S . R . E .
Cardinalem meritiſimum.



LLE decus Latij, Musarum gloria
Eembus
Adria quo extulerat letus ad astra eas
put,
Occidit et claro liquit sine Lumine ter
ras,

- A ssueto ingenij lumine ferre diem.
- I ngenti uestra binc affecta est curia damno,
Qua stans Religio nullius arma timet,
A rma binc, atq; illinc iam totum sparsa per orbem

- I**mpia & immensi causa futura mali .
- O** Princeps , Præses simul , & tutela Tridenti ,
Cuiq; etiam roseus tempora uelat apex .
- N**ota tua est quoniam pietas , notissima uirtus ,
Quam tu animo , pauci quod potuere , geris ,
- T**e merito indoluisse uirum tot laudibus auctum
Inq; uno dotes tot perijisse reor .
- T**ecum igitur me flere iuuat , talesq; peremptam
Virtutem gemino lumine flere decet .
- F**lere iuuat , crebris implere & quæstibus auras
Pignora quo Bembi morte dolore premar .
- N**on aliter corde atq; oculis mea funera flerem ,
Flere ego post obitum si mea fata queam .
- O** utinam lachrymæ sanctissima Numina flectant
Hucq; redire animas , unde abidere , finant ;
- D**etrectem haud quaquam remeet dum ad munia uitæ ,
Vertier in fletus hoc ego corpus aquam ,
- E**t postquam hos primum rapit inclémentia fati ,
Quos præstare aliqua nobilitate uidet ;
- E**st opifex rerum uerbis , & mente rogandus
(Vlla mouent mixta si præce uota Deos)
- T**e , similesq; tui ut diurna in tempora seruet ,
Permittatq; prius qui meruere mori .
- N**am dum tu , similesq; tui data sceptræ regetis ,
Nulla aderunt terris , nulla pericla mari .

REVERENDISSIMO CAR.
DINALI SADOLETO.



L V R I M V S ingenio ; dicendi clas-
rus ab arte ,
Dignior his , quorum carmina Phœbus
amet ,
Cum sis & sacri decus immortale
galeri ,

- Quo pietas uno soffite tuta manet ,
F leuisse an dubitem cari te funus amici ,
Par tibi qui studijs , par & honore fuit ?
C oncordes memini uos tot uixisse per annos ;
M ansit & ex omni candida parte fides .
S i Bembum tu ferre sinu , si mente solebas ,
Illiis in medio pectore fixus eras ,
N ullo ut amicitie fuerit tibi foedere iunctus ,
Te deceat madidis non minus ire genis .
M oribus his , tantaq; uirum probitate cadentem
Flere , & multiplici lumine flere , decet .
Q uis fuit omnigenæ tantus uirtutis amator ,
Ex animo id faciens , ambitione procul ?
N on aliter uirtus uana ambitione paratur ,
Quam si de picto flore petatur odor .
S ed quid ego hæc memorem , si plenius omnia nosti ,
Vtq; tua , illius facta referre potes ?
I us utinam ablatum Parcoe foret ante secandi ,
Stamina uita quibus longa , breuisq; datur .
N on poterant adigi grauiora huic uulnera sedo ,
Vnde irent tristes , & sine luce dies

- I**pse uides quam moesta Remi sint moenia, quamque
Turbidus, et moesto flumine Thybris eat.
- Q**uin etiam inde uias cursu mutare retorto
Fertur, ab iniuisa ut longius urbe fluat.
- A**fidius meritò hic tumet Adria fletibus auctus,
Et repetit Bembi nomina saepe dolor.
- A**misi decus egregium, quod labile tempus,
Solibus inuestum, restituisse nequit.
- S**i queras, nequeat cum tantum æquare dolorem,
Humano quæuis Musa cienda sono,
- C**ur ego flere uelim; non famæ hinc murmura uenor,
Sed tantum ut, ueritum est quod mihi, flere, fleam.
- S**i lachrymæ fieri quanta est mea uita ualeret,
Est qui oculis ueluti flumina bina cadant,
- Q**uæ scio me debere illi, nec debita soluam,
Quidquid agam multo his et minus esse putem.
- A**bstulit officium fors dira pedisque; manusque,
Et segnis iaceo crimen, onusque; tori;
- N**on tamen hæc, animus poscit quæ munera gratus,
Abstulit, et mentem qua uelit ire sinit.
- N**ec cessere meo benefacta è pectore, quæ te
Iam conferre mihi plurima iussit amor,
- Q**uorum ego non refero presenti carmine grates,
Est quoniam has uerbis reddere uelle pudor.
- Q**uod superest Sadolete, lege hæc, nostrique; memento
Ut prius; id tua si mens generosa facit,
- I**n Sadoleto etiam credam nunc uiuere Bembum,
Et mibi tu Bembus, et Sadoleetus eris.

AD VINCENTIVM RICCIVM REI-
P V B L I C A E A S E C R E T I S .



X T I N C T V S nostræ est urbis de-
cus , optime Ricci ,
Plurimus ingenio Bembus , & arte
pari .

Hinc mea uesano rumpuntur pectora
quæstu ,

E t meritò aſſiduis fletibus ora madent .

Q uæro etiam quod casus poſcit flebile carmen ,
Sed meditata uetat promere uerba dolor .

S um uelut is , remo qui Cymbam impellit , agitq;
Gnauiter , & retro uentus , & unda refert .

N oui quam male Musa potest æquare quod alte
Mentem agitat , quæ iam nescia facta sui est .

F lere tamen iuuat , & uanum exercere laborem ;
Nunc flebo , maneat dum mihi uita , uirum .

H uius enim magis est funus tacuisse pudori ,
Quam flesſe , innumeras & meruisse notas .

A Rua quibus transire datum est Neptunia uenti ,
Aequoris & ſicco tangere ſumma pede ,

Q ua ſua cuiq; eſt , latum diſſerre per orbem
Hunc , nulla tolli qui ualet arte dolor .

D elitiæ periit Phœbiq; , nouemq; ſororum
Bembus , in adriacis cretus , & altus aquis .

N ullus erit feriat ſimul ac Iſ nuntius aures ,
Cui triftēm fletus non lauet unda ſinum .

AD IACOBVM VONICAM MEDI-
CVM ECCELLENTISSIMVM.



S T Vonica datum Phœbi tibi munus
utrunq;,
Et meritum gemino cingis honore ca-
put.
Cur cessas ? tollenda mora est ; nam fu-
nera Bembi,

Inuidiosa Deis funera ; flere decet .

V el deflendus is est uel post quicunq; peribit ,
Infletus pereat , fletibus ora uacent .

Egregium certe est , cum morbo urgetur acuto ,
Aegrotum è medijs eripuisse rogis .

N obilius tamen est , uitæ iam luce carentem
Viuum ad supremos posse tenere dies .

S I fleuisse unquam decuit , nunc flere licebit ,
Et fletus madidas flumine ferre genas .

A c licet in lachrymas absumas lumina , nullo
Aequari poterit tantus ab imbre dolor .

Q ui magis assueto uexat moerentia , quiq;
I psa non leuius pectora morte premit .

S i causam queras Parnasi gloria , Bembus
Notus & Aeolis , occiduisq; , perit .

T uscum audire potes crudelia fata uocantem
Carmine , quo Musæ tristia flere solent .

T e quoq; flere uelim ; cur non imitere Varage ,
Illum naturæ est ars ubi facta comes .

S i cantu iucunda tuo sunt sœla ; facisq;

Vt Silis arguto carmine letus eat ;
 Hinc tibi nulla tamen speranda est gloria , qualem
 Flenda adeo , Bembi funera flesse dabit .

GERARDO VELTVVYC, SERENIS-
 SIMI IMPERATORIS CONSILIARIO.



O VIT ubi ingenium , quo tu præsta
 re uideris ,
 Ex omniq; tuam parte nitere fidem :
 Carolus ad Regem est ausus te mitte-
 re , cuius
 Cætera ab auditu nomine terra tremit .

D umq; placere studes Domino , nec te ulla fatigat
 Curarum moles , assiduusq; labor ,

I nterea Bembum fors improba sustulit , in quo
 Id positum est , nulli Musa quod ante dedit .

B embus is est , quem ferre oculis , quem corde solebas
 Dignus supremo uisus honore coli .

H inc dolor , hinc me cogit Amor deflere , meisq;
 Non ullo lachrymis tempore finis erit ..

T e quoq; flere decet ; pudor est non flere cadentem
 Quo uirtus uiguit stante , cadente perit .

T e q; ire in lachrymas Cæsar , Gerarde , probabit ,
 Perq; oculos fluido spargere rore genas .

F lebit et ipse hominum Cæsar mitissimus , omnis
 In cuius pietas uiuere sueta sinu est .

N os Bembum postquā haud licitum est decorare , fleamus ,
 Fletus is eximij pondus honoris habet .

AD FRANCISCVM BADVARIVM
LITERIS ET MORIBVS APPRIME
ORNATISSIMVM.



VIS nobis flendum esse neget? Per =
mesidos undæ
Et simul Adriacæ splendida fama pe =
rit.
Te quoq; flere decet patriæ spes ma =
xima, quam tu

Iure patrocinij, consilioq; iuues.

H actenus innumeros poscit celebrata per annos
Hoc tua nobilitas, Palladiumq; decus.

N ec tantum tibi flere opus est, pereuntis oportet
Ipse ut suscipias, sustineasq; uicem.

V Os quibus æterna est custodia tradita Cyrrbæ
Pierides, Vatum numina sancta Deæ;
A spirare precor, pariterq; asistite; Bembi
Dum fera, morti etiam fata dolenda fleo.
S citis enim quantum hoc pereunte amisimus uno,
Et quod nulla potest restituisse dies.
Q uin et uos non flere nefas, nam maximus ille
Vester bonos periit, nec rediisse potest.
L umina sint lachymis uestra hinc rorantia: iustus
Discite quam poscit cogere flere dolor.
Q uodq; magis miserum est si tempore flebitis omni,
Sit multum licet id non erit omne satis.

SAnsouine; decus saecli memorabile nostri
Vrbis & Adriacæ gloria Bembus obit.

Bembus obit; Bembus cui quidquid splendida virtus
Hactenus est ulli non dare uisa dedit.

Hinc audire licet suspiria crebra dolentum,
Perq; oculos lachrymæ fluminis instar eunt.

Ipse ego, qua possum, queror irreparabile damnum
Nec tamen audita est nostra querela procul.

Optarem cum Sole olim durare dolores,
Quos me defuncti promere cogit amor.

Irrita sed ferri uideo meritata uelut, cum
Exiguus sterilem diluit imber humum.

At tu, qui ducis uiuos de marmore uultus
Et ueteres prima laude carere facis;

Nitere ut illius ueniens mittatur in æuum
Effigies, uni quod tibi posse datum est.

Magna laboris erit merces; nam uestra manebit
Gloria iuncta ullo non soluenda die.

AL MOLTO MAGNIFI
 CO M. MARC'ANTONIO GIV
 STINIANO FO DEL
 CLARISSIMO M. HIE
 RONIMO IL PROCVRATOR
 SIGNOR MIO SEMPRE
 HONORANDISSIMO.



A + V. S. quanta amoreuolezza non meno in Roma, che in Venetia m'usasse, Et quanti dimandati, Et non dimandati piaceri mi facesse Messer Pietro Cardinale Bembo, alqual senza riprensione si puo dar il titulo del Reuerendissimo, Et però ueggendolo da la fatal necessità fuor della cōuersation nostra sospinto, Et à l'altra miglior uita riuolto, partendosi mi lasciò in grandissimo dolor, ma debito. Hauédo adunque riceuuto piaga, nel uero mortale, poi che per tempo non spero, ch'alleuiata si troua, non che per medicina si risani, mi sono intertenuto alcuni giorni pensando, Et ripensando à quello che far mi douesse, Et al fine mi proposi ne l'animo di uoler, che'l Mōdo conosca quant'io l'amasse; quan-

C

Io egli ne l'anima scolpito mi fusse , E^r ueramente
fu persona , che meritaua , che tutta l'età nostra lo
piangesse , E^r non possendo altramente , con infinite
lagrime l'honorasse ; E^r di questo ifficio mio chiegs-
gio solamente che dal benigno lettore mi sia dato
perdono , se l'opera non pareggia'l desiderio , E^r
questo mi si conceda , in uece di quella gloria che
gli altri delle compositioni loro s'acquistano . Que-
ste mie lagrime à uoi sono indirizzate , E^r fuor man-
date sotto'l nome uostro , prima , perche uoi me-
glio , che nessun altro sapete'l grandissimo carico
de l'obligatione mia : della qual satisfar non possen-
do al uiuo , ho cercato al meno di mostrarmi grato
al morto , con quelle poche , E^r debili forze , che la
natura parcamente mi diede , accio che nessuno pos-
sa mai d'ingratitudine ragione uolmente biasmarmi ,
E^r poi sendo'l dolor nostro commune , mi pareua ,
c'haueste bisogno di consolatione , E^r questa porgo
ui quale io posso , E^r qui faro fine rimettendomi alla
buona gratia di . V . S . alla qual di continuo mi
ricomando . Di Treuigi adi primo di Genaro
del M . D . X L V I I .

Il tutto di . V . S . Agostino Beatiano .

NE LA MORTE DI MES
 SER PIETRO BEMBO CARDI-
 NALE, LE LAGRIME
 D I M. AGOSTINO
 BEATIANO.



PIRTO, che già sotto'l caduco
 manto
 Albergasti altamente tutto'l be-
 ne,
 Che giu dal ciel in noi per gra-
 tia uiene;
 E'l parlar del ciel festi udirne, e'l
 canto.

N on so come honorarti; so ben quanto
 Tristo, e pensoso'l tuo partir mi tiene,
 Et s'io non piango quanto si conuiene,
 E' che'l dolor chiude la uia del pianto.

C hi non sa, chel del Bembo era l'ingegno
 Diuin, la mente senza labe, e' pura
 Senza mostrarne alcun di mortal segno

V ergognarsi di rifar Natura
 Qual tu fusti ueggendo'l Mondo indegno
 Cui bello faccia più simil fattura.

Maganza; per ueder l' alte ruine
Ond' ancho mal qual Roma fu, sì uede;
Del bellicò ualor oltra la fede
Ricca, e fonte di chiare alme, e divine;
Andasti, e'l gran dolor uedisti al fine,
Che'l mortal colpo à l'età nostra diede
Toltone'l Bembo, fatto unico herede
Di cio donde à le stelle huom s'auicine.
Quindi la poesia l'habito ueste
Lugubre, e Phebo da la tanta offesa
Va lagrimoso, e le sorelle mestè.
Quindi perde'l maggior lume la chiesa,
Il mondo la bonta pura celeste,
Et mente à uirtù nata, e in uirtù spesa.

Riccio; chi saprà quanto mi si dolse
Traffitto'l cor dal nontio de la morte
Del Bembo, che portò nascendo in forte
D'hauer quanto à nessuno'l ciel dar uolse?
Duro destin, che'l primo honor ci tolse
Del poetico studio, e del consorte
Del ciel costume, le speranze morte
Di ueder tal, ou'ogni ben s'accolse.
Moltomi dolgo, e piango, pur la spene
Di bagnar manca degnamente'l seno
Del pianto, che de gliocchi fuor mi uiene.
Ne creder uoglio ch'à uoi dolga meno,
La patria amando, quanto si comuiene
Ou'c l'alma d'Amor, di fe'l cor pieno.

- F** usco; se ben alzando'l Bembo'l uolo
 Lontan s'è fatto da la mortal uista,
 Et uede, et gode cio, che l'huom s'acquista,
 Che de la ragion segue'l raggio solo;
- A** noi però non è disdetto'l duolo,
 E'l cor tener in pianto, et l'alma trista
 In caso acerbo si, cui non resista,
 Quanto è saper da l'uno, à l'altropolo.
- C** ui pianger non è honor il fonte asciutto
 D'i piu lodati, et piu gentil costumi,
 Et spenta la bontà quasi del tutto?
- N** on ueggendo, dond'altri piu s'allumi
 De la uertù caduto'l fiore, e'l frutto,
 Chi spender si dorrà nel pianto i lumi?

A M. DOMENICO ANSELMI.

- A** nselmi; perde l'età nostra quella
 Gloria, che la tenea gioiosa, e altera,
 Non mendicata, ma debita, et uera,
 Quanta po dar la piu benigna stella.
- I** l Bembo, doue haueasi albergo, et cella
 Eletto la uirtù; torna a la sfera,
 Onde scese, e'l ben uede, et piu non spera,
 Per cui beato huom senza fin s'appella.
- S** o che altamente'l cuor uostro si duole,
 Sempre auazzo n'i dotti spiriti, et chiari
 L'occhio tener com'Aquila nel sole.
- P** iangano i piu leggiadri ingegni, et rari;
 Pianga chi fa dar pianto a le parole,
 Et chi non fa, dal pianto nostro impari.

A Monsignor M. Giulio Auogaro.

A uogaro; s'al ciel fatto ha ritorno,
Onde scese tra noi lo spirito chiaro,
Cui le Muse a l'honor sopremo alzaro,
Che così morto'l fa gir uiuo intorno;
Non è però, che grande infamia, e' scorno
Non ne sia, non suonar in pianto amaro
La giatura del don si ricco, e' raro
Da far l'uno Hemisfero, e' l'altro adorno.

Ma se del Bembo extinto'l dotto, e altero
Ingegno à lamentar m'inuita, uanno
Scarse le uoci ou' accenna'l pensiero.

Pur se le rime uostre si faranno
Compagne al mio pianto si giusto, io spero
Ch'allhor pareggi la querela il danno.

Giustinian, spento è'l piu chiaro lume
Ch'Adria uedesse anchor, ne uedra forse
Il Bembo, che'l pensier già mai non torse
Fuor del celeste à lui dato costume.

Qual si poria trouar di pianto fiume
De la perdita degno? in lui si scorse
Quanta più larga altrui Natura porse,
Onde hebbe del mortal d'uscir le piume.

Io so che uoi credete, che la mente
Mi piange ogn'hor, ma al poco ingegno, e oppresso,
Il duol pianto, che basti non consente.

N'a bastanza è d'udir a noi concesso
Pianto, ch'aguagli occaso si dolente,
S'a pianger qui non torna egli se stesso.

A la Mag. M.d. Isabella Masola, o Quirina.

Donna, dou'oltra la beltà, ch'eguale
Non ha ; risplende altero ingegno, et chiaro ;
Et giudicio tra noi uisto di raro,
Propinquo piu al diuino, ch'al mortales
Qual pareggiar potrebbe uoce ? quale
Pianto del Bembo'l caso ? in cui mostraro
Larga Natura, e'l ciel mai manco auaro,
Quanto altrui dar, et l'uno, et l'altra uale.

Il Mondo poi che là, onde uenne, et riede
Resta com'huom, di cui la uista ingombre
Ampia luce, ch'ogni altro lume excede,
Ne laqual send'auenza, et che la sgombre
Nouo strano accidente, nulla uede,
Se uede pur, tenebre uede, et ombre.

A la Mag. M.d. Marietta Giustiniana.

Donna, di qual si uoglia Imperio degna
Per gentilezza, et bei santi costuumi,
Di cui, donde gioisca huom, et s'allumi
Il uiuo ingegno, et la beltà n'insegna,
Hor piu che mai, ch'al pianto, al gridu uegna
Il mondo si consente spenti i lumi
De la uirtù nel Bembo, et secchi i fumi
De le Muse, et caduta l'alta insegn'a.

Si i gran iattura afflige ognuno, et preme,
Che'l cor non habbi di pietà rubello,
D'hauerne un tale al uento ita la speme,
Chi piu ritrar potrà, et cantar il bello
Ch'a le Donne'l ciel da, et Natura insieme,
S'asportato seco ha l'arte, e'l penello ?

Al Magnifico.M.Hiernymo Quarini del Mag.M.Smerino.

Quirini ; eletto ad exeguir la mente

Vltima del gran spirto , onde honorarsi

Noi ueggiam l'Adria , et sour' al ciel alzarsi ,

Ou'huom passar Natura non consente :

I l mio cor tutte l'allegrezze spente

A pianger si condanna per mostrarsi

Qual ei douea , mancando'l Bembo andarsi ,

Piu a lui non fendo, onde uiuea presente .

P erdetе un grande amico,e'l mondo'l uero

De la uirtute albergo,et de le Muse

L'honor c'hebbe'l Latino,e'l Greco Homero.

N e qui la morte,ne'l destin s'accuse ,

Che morto uiue , et l'animo syncero

Compensi'l danno con la gloria, et scuse .

Al S M.Luio Podocataro digniss.Arcivescouo di Cipro.

Podocataro ; à cui larga la mano

La die'l ciel,doue la uirtu riplende ,

N'altro di far il pensier uostro intende ,

Che quel , che sia dal uolgo piu lontano .

I l Bembo , alquale par si cerca in uano ,

Ito è , oue'l premio al ben oprarsi rende ;

Il premio , c'ha colui , che si difende

Dal senso , et tienlo abominoso,et strano .

I oso , ch'udendo la nouella , asciutto

Signor il uolto non teneste ; et pria

Crederei cio , cb'esser non po del tutto .

V oi l'amor sete , uoi la cortesia ,

Voi de la gentilezza'l fiore , e' frutto ,

Et piu dicendo , il uero ancho seria ,

A lo Illu.S.Rinuccio Farnese di Napoli Card.Reuerendiss,

S ignor ; c'hauete ornato'l crin del degno
 Et à Re qual si uoglia honor eguale ,
 Atto à portar non sol di Cardinale
 Così giouine'l peso , ma d'un Regno ,
 S o che'l cortese uostro altero ingegno
 Pianto hauera quanto fa; quanto uale ,
 Del gran Bembo l'occafo , c'ebbe l'ale
 D'ir al ciel , ex laſſar qui eterno segno .

I te per l'orme d'un ſi dotto , ex chiaro
 Spirto, ch' anchor ui fara ageuolmente
 Cangiar ſtato , ex à l'auo andar al paſto ,

C he'l Mondo hor tiene à fren , fe uoi la mente
 Ponete à ciò ch'ei fa , di quei ch'alzaro
 I deſir troppo , l'arroganza fpente.

A M E S S E R A L T E N I E R A V O C A R O .

A uogaro ; mi tiene in pianto'l puro
 Spirto celeſte , il Bembo, doue tante
 De le piu rare , ex piu lodate , quante
 In qual si uoglia fin qui gratie furo .

I o uo dubbioſo , ſe fia nel futuro
 Chi lo pareggi ; ma ben ſo , ch'auante
 Non fu ſi chiaro ingegno; ex ſi preſtante
 Che comparato à lui non fuſſe oſcuro .

I l doloroſo caſo , e'l fier destino
 Meritamente chieggion, che lo ſtile
 Voftro'l pianga , ſ'hor ben fatto è diuino .

Q uesta è la uia , che uegga Battro , ex Tyle
 Quanto'l Greco in uoi po , quanto'l Latino ,
 Ond'al Permeſſo , e al Tebro , equal ua'l Sile .

S pирto , di quanti fur giamai piu altero ,
De l'età nostra atto à leuar lo scorno
Fregiato di bonta , di senno adorno ,
Portando in petto sempre , e in bocca'l uero ;

Q uanto'l cor mi si dolga , quanto'l fero
Destin m'affliga ; quant'io bramu'l giorno
Sopremo , per non far qui homai soggiorno ,
Onde partisti si pronto , e leggiero ;

S' esprimer si potesse , com'io sento ,
Hor si potrebbe udir pianger insieme
